



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1618. usque ad annum 1620

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118847

§. 75. Arma utrinque parata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67326)

§. LXXV.

Sæc. XVII.
A. C. 1619.*Arma utrinque parata.*

Cum interim Cæsar ex Protestantium motibus sat probe cognosceret, quod rebelles Bohemi a sincero pacis consilio prorsus alieni essent, quæsitæque mora bellicos Imperatoris apparatus retardare, unice quærent, hinc per varias Provincias ac regiones militem conscribere parabat, ut rebellium subditorum vim vi repellendo par esset. Verum hic belli apparatus seditiosos flectere adeo non poterat, quin potius cognito hoc delectu mox & ipsi per universum Bohemiæ Regnum, perinde ac si eis supremum in illud jus competiisset, vigesimum quemque arma corripere denique juberent, eo fine, ut in quocunque loco Cæsar, quem pro solita sua modestia *hostem* appellitabant, impetum facturus sit, sese ei opponerent: Id vero non minus ridiculum, quam protervum erat, quod hi seditiosi, ne palam Cæsarem oppugnasse crederentur, in illius Belliduces, quos tamen ad reprimendos rebellium insultus Cæsar emiserat, totam culpam, & bellici apparatus necessitatem conjecerint, eosque tanquam hostes habuerint, *quorum*, ut subdole spargebant, *tanta fuerat malitia,*

Hist. Eccles. Tom. LVI.

T

ut

Sæc. XVII. ut nec Cæsari obtemperantes, omnia sub
A. C. 1619. *vertere, Et non solum Majestatis diplomata
 privilegiisque omnibus, sed vita etiam &
 fortunis privare Ordines, Regnumque aliud
 possidendum dare conarentur. Nimis ve-
 ro luculenter patuit horum Rebellionum
 fallacia; cum hi nullum omnino Cæsa-
 ris Belliducem, aut fœdere junctum
 nominare potuerint, qui toto hoc tur-
 barum tempore expeditionem in rebel-
 les hosce Protestantes proprio Marte
 aut Cæsaris, Bohemique Regis injuste
 suscepisset. Num vero Bellidux ille
 Cæsari non obediens, vel malitiosus hostis
 &c. appellari meretur, qui Cæsaris in-
 feditionis reprimentis mandata exequi-
 tur? nonne potiori jure hæc calumnia
 in eos retunditur, qui concitata rebel-
 lione legitimum suum Principem ad ce-
 pessenda arma provocarunt?*

§. LXXVI.

*Mathias Imperator Augustissimus hoc
 anno mortuus.*

Ludolph.

l. 19. c. 2.

Barre hist.

d' Allemagn.

Hist. Gram-

mond. l. 4.

Cluverius

epit. p. 779.

Ineunte Mense Martio Tampirensis Co-
 mes promotis ad Grætsnam castris
 hoc oppidum ad transitum in Bohemiam
 situm interceptit, illoque, cum ejus
 arcem expugnare haud posset, incenso
 discessit, Viennam profectus, ubi me-
 dias inter hæc turbas, & reducendæ
 pacis